

La traslación del brazo de Santa Tecla desde Armenia a Tarragona (1319-1323).

I

CARTAS DE JAIME II DE ARAGÓN A LOS REYES DE ARMENIA

Uno de los episodios más famosos de la Iglesia tarraconense es la traslación del brazo de Santa Tecla a la Catedral de dicha ciudad, efectuada en tiempo del rey D. Jaime II de Aragón y del arzobispo Eximino de Luna.

Sobre él han hablado, según nuestros informes, Doménech (1), el padre Jaime Vilar, de la Compañía de Jesús (2); Flórez (3) y los Bolandos (4), basándose en Doménech, Villanueva (5), y, finalmente, el Sr. Morera (6), que se inspiró en este célebre ex dominico. Como se desprende de sus obras, estos autores sólo conocieron de la documentación acerca de este asunto la súplica de la ciudad de Tarragona dirigida al Rey de Aragón, rogándole acudiera al Rey de Armenia en demanda de la deseada reliquia de su Patrona; la carta de Jaime II a Onsino, rey de la mencionada nación Oriental, la exhortación que hizo a sus fieles el Arzobispo tarraconense para que acudieran a la procesión el día en que se había de depositar en la Catedral el precioso tesoro y la descripción de la fiesta que con este motivo tuvo lugar.

Existen además de éstos otras cartas y documentos importantes, desconocidos unos y otros inéditos, los cuales pueden ayudar a rehacer la historia de este interesante acontecimiento. Tuvimos nosotros la suerte de

(1) *Historia general de los santos varones ilustres en santidad del Principado de Cataluña*.—Gerona, Gaspar Garrich, 1630, fols. 47-50.

(2) *El triunfo milagroso de la omnipotencia en la vida, martirios y milagros de la esclarecida virgen e invicta prothomártir de las mugeres, Santa Tecla...* Reimpreso en Tarragona por Joseph Barber. Año 1746.

(3) *Esp. Sagr.*, t. XXV, págs. 5-8.

(4) *Acta SS. Sept.*, vol. 6, pág. 563.

(5) *Viage literario a las Iglesias de España*, t. XIX, Madrid, 1851, págs. 203, 233-35.

(6) *Tarragona cristiana*. Tarragona, 1899, t. II, pág. 246.

dar con ellos en un viaje de investigación realizado a los Archivos catalanes, y no queremos dejarlos por más tiempo escondidos.

La síntesis del fausto acontecimiento es como sigue: Raimundo de Aviñón, Preboste de Tarragona, representando al Arzobispo y cabildo de dicha ciudad, y D. Juan, Arzobispo de Toledo, hijo del rey D. Jaime, sabiendo que en las tierras del Rey de Armenia se guardaban las reliquias de Santa Tecla, rogaron al dicho D. Jaime enviase embajadores al monarca armeno, pidiéndole una parte de ellas para la metropolitana tarraconense, estando ésta como estaba consagrada desde tiempo inmemorial a la mencionada virgen y mártir. No hemos podido dar con el original de la súplica; pero por el documento seis, que publicamos, sabemos que existió y tuvo propicia acogida en el monarca aragonés. En efecto; inmediatamente dió órdenes para que se preparase la expedición, que debió zarpar de Barcelona a principios de septiembre de 1319. A la cabeza de ella iba Simón Saltzet, fidelísimo súbdito del Rey.

La correspondencia indica que ambos Reyes estaban ligados con los lazos de una estrecha amistad, y que no era esta la primera vez que se ponían al habla. En ella se da cuenta de las prosperidades y adversidades familiares, cosa que sale de los moldes estrechos de la rigidez diplomática.

En la primera carta, fechada el 4 de septiembre de 1319, y dirigida al rey Onsino, le dice Jaime II que se encuentra ya mejor de las cuartanas que le aquejaban, y que le manda, en señal de amistad sincera, dos caballos y ciertas alhajas. En la segunda, del mismo día y año, entra de lleno en la materia, y le pide las codiciadas reliquias. Como la nave que conducía la expedición podía fácilmente tocar en las costas de Chipre, escribió Jaime II una carta para D. Enrique, rey de Jerusalén y de la mencionada isla, a fin de que diera paso libre y no molestase en nada a sus embajadores. Llegados éstos a Armenia, obtuvieron del rey Onsino lo que deseaban y regresaron incólumes a España. La feliz llegada se la comunicó Jaime II, no a Onsino, que desgraciadamente había fallecido en el entretanto, sino a su hijo León, que le había sucedido en el reino. La carta, despachada el 27 de noviembre de 1320, rebosa por todas partes agradecimiento; y no contento el gran monarca aragonés con esto, pone su persona y su reino a disposición del Rey armeno, a quien considerará en adelante, no sólo como hermano, sino como hijo. Al propio tiempo le asegura que, aunque el brazo de Santa Tecla se ha apartado de sus dominios, estará siempre a su lado, ayudándole en sus empresas. Pero esto no bastaba. La amistad de Jaime II se extendía también a la reina D.^a Juana, viuda del difunto Rey de

Armenia, y en tan doloroso trance no podía dejarla olvidada. El sincero pésame que le mandó está lleno de delicadeza y sentimiento.

Cumplido esto, avisó el Rey aragonés al Arzobispo y ciudad de Tarragona oficialmente la llegada de las reliquias, y les exhortó a prepararse para recibir las dignamente. Esta epístola es del 4 de diciembre del mismo año 1320. Unos días más tarde, habiendo mostrado Raimundo de Aviñón deseo de asistir a las fiestas de la entrega de la reliquia, recibió una carta en que le comunicaba el Rey que aguardase, porque él no podría ir hasta después de Pentecostés.

Esta es toda la documentación que sobre este suceso hemos hallado en los registros del Archivo general de la Corona de Aragón, de Barcelona; en total siete cartas, que a continuación publicamos. Otro documento importantísimo poseemos aún, referente a lo mismo, que sacaremos a luz en el número próximo.

1

Carta de Jaime II a Onsino, rey de Armenia, dándole noticias de su salud y de la de su familia, y anunciándole el envío de dos caballos y ciertas alhajas en señal de amistad, 4 de septiembre de 1319 (1).

AD REGEM ARMENIAE RECOMMENDATIO (2)

Illustri et magnifico principi amico nostro karissimo Onssino dei gratia Regi armenie: Jacobus eadem gratia, etc., prosperorum incrementa successum cum salute. Ex intime dilectionis constantia, que inter uos et nos pululare ab aliquibus citra temporibus incohauit, quamque indissolubilitatis uires assumere et contiuis actibus refluere intimis desideriis affectamus, vobis ut speciali amico fratrem nostrum et inclitorum liberorum nostrorum uobis karissimorum proposuimus nunc, et quotiens se opportunitas obtulerit, intimare. Tenentes e firmo quod id sic cunctis complacebit affectibus, sicut complaceret nostris, si de uobis ac illustri domina Regina coniuge uestra prospera audiremus. Igitur presentium serie uestre magnificentie intimamus, quod licet quartane febris discrasia nos, sicut deo placuit, aliquo arripuerit tempore, attamen faciente salutis actore, ac eius pia sperante gratia, conualescentiam salutarem assumpsimus, adeo quod sicut speramus in domino status noster incolumis reformabitur et restituetur pristinae sanitati.

(1) Archivo general de la Corona de Aragón, en Barcelona, *Registra Curiae*, 245, fol. 183v. Finke no menciona este documento en su *Acta Aragonensia*.

(2) De mano del s. XVII.

Status uero predictorum nostrorum liberorum per dei gratiam consistit incolumis, ac plena perfruitur sanitate, serenitatem uestram attente rogantes quatenus dum se facultas obtulerit nobis statum uestrum et predictae domine Regine coniugis uestre, quem prosperum audire cupimus, litteris uestris intimetis; sane quia per Simonem Saltzeti fidelem et subditum nostrum, quem ad uos destinandum prouidimus, equos duos et quedam iocallia licet exigua magnificentie uestre mittimus in signum uere amicitie et dilectionis sincere, quam erga uos gerimus et gerere proponimus: ea sicut ab amico placide transmittuntur, ut amicus placide acceptetis. Et si que de Regnorum nostrorum partibus uobis occurrerint placida, ea quesumus fiducialiter requiratis, nam uotis uestris gratis satisfaceremus affectibus atque promptis.

Datum barchinone II nonnas Septembris anno domini M.^o CCC^o XIX^o.

Bernardus de fonte mandato Regis facte per prepositum Terrachone.

2

Carta de Jaime II al mismo Rey de Armenia pidiéndole alguna reliquia de Santa Tecla, 4 de septiembre de 1319 (1).

AD EUMDEM [REGEM ARMENIAE] PRO HABENDIS RELIQUIIS SACRIS DE CORPORE BEATE TECLAE VIRGINIS AD ECCLESIAM TERRACONENSEM (2)

Illustri et magnifico principi amico nostro karissimo Onssino dei gratia Regi armenie Jacobus, etc. Serenitati uestre presentium serie notum fiat, nouiter ex fidedignorum relatibus ad nostrum peruenisse auditum, quod corpus beate teclae uirginis seu pars ipsius corporis habetur in partibus regni uestri. Sane cum in ciuitate Terrachone, infra regni nostri limites situata, metropolitana ecclesia sub ipsius beate Teclae titulo sit fundata, cuius fundatio a predecessoribus nostris initium habuit, ab antiquo auxit, nos deuotionis cura solliciti, ut quia prefata metropolitana, que multum honorabilem, queque multa in hiis partibus antiquitate prefertur, adeo quod ab eius fundacione citra anni millessimi CC et ultra lapsi sunt, ut certis comperitur scripturis, inintitulata est sub predictae uirginis nomine, alique de eius reliquiis in prefata ecclesia haberentur, ex quibus et nostra ac subditorum nostrorum cunctorum declinantium ad has partes fidelium erga ipsam uirginem deuotio augeretur, fides reformaretur eique honor et reue-

(1) *Ibid.* fol. 183v-184r, Finke (*Acta aragonensia*, t. II, pág. 742) dice, erróneamente, que esta carta está en el *Registro* 246, 83v.

(2) De mano del s. XVII. Esta carta la publicaron Doménech, *l. c.*, pág. 47-50, y Villanueva, *Viaje...* t. XIX, pág. 333.

rentia interius preberetur. Et si hoc uigilanter appetimus, deuote agimus quod est pium, predecessorum nostrorum insequentes uestigia, qui pie et deuote antefatam metropolitanam ecclesiam sub nomine et honore prefate uirginis fundauerunt. Igitur serenitatem et caram amicitiam uestram precordiali et intima affectione, prout charius possumus, deprecamur, quatenus ob honorem et reuerentiam omnipotentis dei ac exaltationem et gloriam predictae beate Tecle uirginis, attento quod nedum ad huiusmodi reliquias in hiis partibus, uerum etiam ad totum ipsius uirginis corpus erga partes, ubi tumulatum quiescit, harum partium fidelium incolarum deuotio peraugebitur, necnon ob specialem nostri gratiam et amorem uelitis et placeat uobis de reliquiis predictae beate uirginis aliquam magnam partem reasumere de qua nedum prefatam metropolitanam, uerum etiam alias cathedrales ecclesias et suffraganeas ornare et honorificare ad honorem et exaltationem domini nostri et predictae beate uirginis ac deuotionem et meritum nostri omniumque fidelium ualeamus. Et si forte sub districtu uestro prefatum corpus seu eius reliquie non habentur, placeat serenitati uestre de hiis procurare habere totaliter, cum effectu nobis ut premititur reasumendis. Credentes, si libet, circa hoc hiis que Simon Saltzeti, subditus et fidelis noster lator presentium, quem propter hoc ad uestram destinamus presentiam duxerit uerbaliter referenda. Porro quia huiusmodi sanctuaria non sic honeste possunt per laycos, sicut per clericos ministrari, propterea duos clericos presbiteros, uiros utique honeste uite et conuersationis laudabiles predictae Terrachone ecclesie beneficiatos ad partes uestras una cum domino Simone prouidimus destinandos, qui predictas reliquias sub sigillo uestro deuote recipiant, easque honeste tractent et ad nos deferant simul cum uestro nuncio supradicto. Ex hoc quippe et deo et predictae uirgini gratum reddetis obsequium, et bonorum que proinde subsequuntur operum efficiemini participes, nosque id uehementer habebimus placidum et regratiabimur uobis multum in agendis que uobis placidis reputabimus pro hoc specialius nos ascriptos. Datum barchinone II nonnas septembris anno domini M.º CCCº XIXº. Idem.

3

Carta de Jaime II a Enrique, rey de Jerusalén y de Chipre, recomendándole a los embajadores que envía a Armenia, si tocasen en sus dominios, 5 de septiembre de 1319 (1).

Excellenti magnifico principi nobis ut fratri karissimo domino Enrico dei gratia Jherusalem et Cipri Regi illustri Iacobus. Cum per Simonem

(1) En el mismo Registro 245, fol. 184r. Finke no la menciona.

Saltzeti, fidelem et subditum nostrum latorem presentium, mitamus aliquos equos et iocalia illustri Regi Ermenie, ideo magnificentiam uestram rogamus attente, quatenus si prefatum Simonem seu nauem in qua nauigat cum equis et iocalibus supradictis ad partes uestri dominii declinare contigerit, nullum sibi vel equis aut iocalibus supradictis impedimentum uel obstaculum faciatis seu facere in uestro dominio ab aliquo permitatis, quominus ipse Simon equos et iocalia supradicta ad dictum Regem ducere, eaque sibi ex parte nostra ualeat presentare.

Datum barchinone nonas Septembris anno Domini M^o CCC^o XIX^o.
Idem.

4

Carta de Jaime II a León, Rey de Armenia, comunicándole la llegada a España de las reliquias de Santa Tecla, 27 de septiembre de 1320 (1).

PRO RELIQUIIS GLORIOSE VIRGINIS TECLE PROTOMARTIRIS (2)

Illustri et magnifico principi Leoni, dei gratia Armenie Regi, egregio amico nostro karissimo Jacobus per eandem Rex Aragonie, etc. Salutem et cum sincere dilectionis integritate exuberantiam successuum votiuorum. Magnitudini Regie huius scripti nostri serie uolumus reserari nos excellentissimi et preclari principis domini Ossni, quondam felicitis recordationis Armenie Regis, genitoris uestri, sollempnes et honorabiles litteras ac nuncios, apportantes beatissimas ac sacratissimas Reliquias gloriose uirginis Tecle protomartiris, grata manu ac honore et reuerentia debitis recepissee. Quas siquidem tante uirginis alme reliquias de antefati quondam progenitoris uestri magnificentia confidentes, ab ipso Rege, cuius anima per summi Regis gratiam in gloria requiescat, miseramus cum deuota instantia postulandas. Ex quarum siquidem reliquiarum missione, Rex inclite, nostrum Regale culmen in cordis intimis suo satisfacto desiderio indesinenter exultat. Et certe ex hiis euidenter cognoscimus ingentem affectionem et ueram ac sinceram dilectionem, quibus dictus illustris Rex ad nos afficiebatur, quod nunc in apertum produxit nobis, tam karam tamque preciosam rem destinando. Et utinam altissimus sibi ulteriorem dierum terminum indulsisset, ut nos sibi potuissemus, ut decuisset, pro tanto munere respondere. Et adhuc non intendimus tanti accepti muneris, tantique signi dilectionis hostensi fore immemores; quin potius id uobis, qui in eius locum successi-

(1) *Ibid. Registra Curiae, 246, fol. [136v. No la registra Finke.*

(2) De mano del s. XVII.

stis, recognoscere intendimus, habentes vos tanquam fratrem et filium, ac uobis offerentes ut de nobis et Regnis nostris et omnibus que ad honorem et exaltationem uestram et Regni uestri Armenie cedere possint, plenam gratis fiduciam. Ceterum constet uobis, Rex preclare, quod dicte preciose reliquie per nos collocabuntur et reponentur cum maxima sollempnitate et reuerentia in loco sancto et honorabili, confidentes, in summi Regis uirtute, quod licet reliquie ipse a Regno uestro fuerint prolongate, uobis semper aderunt propinque et earum uirtus erit in auxilium et protectionem uestri et Regni uestri Armenie. Rursus Rex inclite sique uobis occurrerint placida, que per nos compleri ualeant, ea quesumus fiducialiter postuletis, cum semper ad ea exequenda tanquam pro frate et filio nos reputemus obnixius obligatos. Et quia scimus vos ex status nostri felicitate gaudere, vobis presentibus nunciamus nos diuino munere et inclitos liberos nostros prospera incolumitate gaudere, Regnaque nostra per dei gratiam constituta fore in statu pacifico et tranquillo. Rogantes uos ut quotiens opportunitas se ingesserit, statum uestrum et Regni uestri utinam felicem nobis significare uelitis. Litteras autem responsiuas, quas dictus Rex inclite recordationis pater uester honorabili et karissimo filio nostro Iohanni, diuina prouidentia Toletano archiepiscopo, destinabat, dicti nuncii in nostris manibus resignarunt et nos faciemus quod littere ipse ad ipsum archiepiscopum nunc procul a nobis constitutum peruenient. Datum Valencie Vº nonas (1) Decembris anno domini Mº CCCº XXº.

Facta de basti. mandato Regis et fuit ei lecta.

5

Carta de Jaime II a la Reina Juana, viuda de Onsino, dándole el pésame por la muerte de éste, y la noticia de la llegada de las reliquias de Santa Tecla. 27 de septiembre de 1320 (2).

Serenissime et preclare domine Johanne, dei gratia Armenorum Regine Jacobus per eandem Rex Aragonie, valencie, etc., salutem et felicitium successuum incrementa uotiuā. Missos nobis per illustrem felicis recordationis dominum ossinum, Armenie Regem, virum uestrum, nuncios in valencia ciuitate nostra recepimus. Ex quorum nunciorum relatu obitum dicti regis e certo didiscimus: de quo, nouit altissimus, grandis displicentie ac doloris causam assumpsimus, tanquam de principe quem karum habebamus amicum quemque intime diligebamus ut fratrem; set su-

(1) Debe decir *Kalendas*.

(2) *Ibid.*, fol. 136v. La registra Finke en el t. II, pág. 742.

per hiis, Regina inclita, vos et nos ac ceteri amici sui consolari debemus ex eo quod id de illius, qui nos creauit ex nichilo, uoluntate processit, cui placuit dictum regem virum uestrum a presentis uite exutum miseriis post huius Regni labilem principatum celesti diademate coronare. Sic ergo uos tanquam Regina discrete mansuetudinis et conspicue nobilitatis consolemini in illo qui est omnium uera consolatio et qui tribulatis remedia perhibet opportuna. Ceterum ex missis nobis pretiosissis alme virginis Tecle per dictum Regem felicitis memorie virum uestrum reliquiis magnam exultationis causam assumpsimus. Et uere idem Rex manifeste monstrauit ingentem et karam affectionem quam ad nos gerebat, in eo quod nobis tam pretiosam rem destinare decreuit. Et assimili que ipsum ad id efficaciter induxistis, de quo uobis assurgimus ad gratiarum multiplicum actiones. Nos autem reliquias ipsas cum ea, qua poterimus maiori sollempnitate et reuerentia, in regno nostro collocare intendimus. Tenentes e firmo quod ob merita dicte beatissime virginis Tecle Regna nostra necnon et Regnum Armenie a cunctis aduersitatibus custodita preseruabuntur. Sane quia in missis nobis per uos litteris quarum tenorem collegimus, petiistis de statu nostro cerciorari, Serenitati uestre presentibus intimamus nos et liberos nostros, consanguineos nostros, diuina faciente gratia, corporea sospitate gaudere. Honorabilis uero et karissimus filius noster Johanes, Toletanus archiepiscopus, in archiepiscopatu suo, procul a nobis constitutus existit; et certe cum littere uestre ad ipsum peruenerint ex missis reliquiis specialis gaudii et consolationis assumet materiam, cum id feruenti desiderio affectaret, sique igitur de regnis et terris nostris excellentie uestre occurrerint placida, ea, quesumus, requiratis, significantes nobis statum uestrum quotiens aderit opportunitas nunciorum. Datum ualencie Vº Kalendas Decembris anno domini Mº CCCº XXº.

Facta de basti. mandato regis et fuit ei lecta.

6

Carta de Jaime II a Eximino, arzobispo de Tarragona, anunciándole la llegada del brazo de Santa Tecla y recomendándole reciban, tanto él como la ciudad de Tarragona, honoríficamente a los legados que lo trajeron, 4 de diciembre de 1320 (1).

Jacobus etc. Reuerendo in christo patri eximino diuina prouidentia archiepiscopo Terrachone salutem etc. Ad uestram memoriam reuocamus qualiter olim dum etiam infirmitate quam passi fuimus anno preterito, gra-

(1) *Ibidem*, *Reglstra Curiae* 246. fol. 132. Menciona este documento Finke en el t. II. pág. 742.

uaremur, dilectus noster Raymundos de auinione prepositus dicte sedis pro parte uestra et totius capituli, et uir etiam honorabilis Johannes, natus noster karissimus, nunc archiepiscopus toletanus, suis penes nos supplicationibus instituerunt, et cum instantia maxima postularunt, ut cum tam fama publica, quam quorumdam relatione ueridica diceretur illustrem Regem Armenie habere reliquias aliquas sacri corporis beatissimę Tecle uirginis et prothomartiris, sub cuius inuocationis honores ecclesia et altare precipuum uestre metropolis est constructum, Nos pro honore dicte sedis et uestri nostros prefato Regi dignaremur nuncios destinare, rogando eundem ut si quas de reliquiis habebat, eisdem nobis deberet transmittere et donare. Quorum supplicationi, uelut nobis placide et acapte grato concurrentes affectu, fidelem nostrum Simonem de alceto ciuem barchinone, cui pro labore viagii et itineris condigna satisfactio et retributio pro parte uestra et Capituli dicte sedis ut accepimus fuit promissa, iam dicto Regi cum plena legatione transmisimus pro premissis. Qui siquidem Rex nostra legatione diligenter audita, maioris erga nos dilectionis signum et amoris affectum non valens pretendere, iam dicte sacre uirginis brachium, cum nil aliud de dicto sacro corpore in dictis uel aliis mundi partibus sciatur a quoquam fuisse repertum, per suos solempnes legatos seu nuncios, ut scire uos credimus, nobis misit. Nos uero pensantes amorem eximium et affectionem intimam dicti Regis, quam in tanti tamque celebris exhibitione muneris erga nos habuit, donum tam pretiosum tamque sollempne cum reuerentia debita et dicti Regis nuncios honore, quo congruit, letanter accepimus, prosequentes eosdem nostris gratiosis donariis et exenniis, prout nos decuit et uidimus expedire. Sane cum ipsi nuncii a nobis, ut premititur expediti, ad propria reuertantur, et nos Ecclesiam et sedem predictam disponamus, ut conuenit, tam gloriose rei munificentia decorare, ut sicui ecclesia ipsa ex sacro vocabulo dicte uirginis nomen et titulum acquisiuit, sic venerandis eiusdem reliquiis illustretur. Idcirco nos attente rogamus, quatenus provide attendentes quod premissa tam vestri quam totius capituli et ciuitatis ipsius honorificentiam et decorem recipiunt, et in vestri et eorum nobilitatem et commodum cedere dinoscuntur, vos et ipsum capitulum ac ciues ciuitatis eiusdem, quibus super hoc similiter scribimus, prefatos nuncios cum per ciuitatem eandem, ad quam nunc dirigunt gressus suos, transitum fecerint, recipiatis, tractetis et admittatis ut conuenit tam honorifice quam iocunde et eis uestra munera seu exennia, que saltem inter nos Capitulum et Ciuitatem ascendant ad summam trium mille solidorum, cum et sic nos fecerimus, liberaliter conferatis. Nam in hoc et uestrum debitum adimplebitis et nobis ex inde gratum seruitium facietis. Prefato autem Si-

mone in promissis sibi propterea cum in partibus illis fuerimus, prouidebitur sicut debet, datum Valencie II nonas decembris anno domini M^o CCC^o XX^o

G[uillermus] Augustini mandato regis

Similes fuerunt misse uerbis competenter mutatis Capitulo Ecclesie Sedis Terrachone.

Juratis probis hominibus et uniuersitati Ciuitatis Terrachone.

7

Carta de Jaime II a Raimuudo de Aviñón, Preboste de la Iglesia tarraconense, diciéndole que aplace su viaje a Tarragona hasta después de Pentecostés, en que se celebrará la entrega solemne de las reliquias de Santa Tecla a dicha Santa Iglesia. 31 de diciembre de 1320 (1).

Jacobus, etc., venerabili et dilecto nostro R^o de auinione preposito Terrachone consiliario nostro salutem, etc., ad illam quam nobis misistis litteram, quam nobis misistis (*sic*) super prestanda uobis licentia accedendi ad partes istas ut interesse positis presentationi per nos faciente Ecclesie Terrachonensi de Reliquiis beate Tecle protomartiris uobis taliter respondemus. Quia nos curiam Chatalonorum prorogare habemus. Et ideo non intendimus esse in partibus Terrachone, predicta uel alia de causa vsque versus festum pentecostes, sicque propterea non oportet vos ad has partes hac de causa accedere. Tunc uero dispositis honorabilis Archiepiscopi filii nostri negotiis partes istas poteritis visitare et interesse solemnitati predictae. Datum valencie pridie Kalendas Ianuarii anno domini M^o CCC^o vicesimo.—Facta de bastida mandato regis.

Para que la indicación sea completa, añadiremos, según dijimos al principio, que Villanueva (2) publica la exhortación del Arzobispo Eximino dirigida a los fieles a fin de que se preparen y acudan a recibir dignamente las reliquias de Santa Tecla, y Doménech y Villar el relato de la recepción. Dicen que ésta tuvo lugar el domingo 18 de mayo de 1323; pero como ya notaron los Bolandos (3), debe haber un error en el día, pues el 18 de mayo de 1323 no cayó en domingo, sino en miércoles.

Z. GARCÍA VILLADA.

(1) Archivo general de la Corona de Aragón, *Registra Curiae*, 246, fol. 152. Este documento no lo menciona Finke.

(2) L. c., pág. 335.

(3) *Acta SS. Septembris*, t. 6, pág. 564.